



MISSÆ

PROPRIÆ SANCTORUM

ET ALIARUM FESTIVITATUM

ORDINIS CARMELITARUM

PRO FRATRIBUS DISCALCEATIS

EIUSDEM ORDINIS,

A Sacra Rituum Congregatione approbatæ, ac secundum magis
auctam dispositionem Officiorum dicti Ordinis nunc redactæ,
suisque locis adjectis Missis novissimis per Summos
Pontifices usque ad hodiernam diem concessis.



ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

VENETIS

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCLXI.

KALENDAR IUM FESTORUM PROPRIORUM,

Sive Missarum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

JANUARIUS.

- Dominica post Octavam Epiphaniæ SS. Nominis Jesu,** duplex ii. Classis, cum commemor. Dominicæ. fol. 5
22 **Anastasi martiris Ordinis Nostri,** duplex. fol. 7
23 **Desponsationis S. M. Virg. cum S. Joseph,** duplex, commemor. S. Joseph, & S. Emerentianæ virginis, & martiris. fol. 8
28 **Cyrilli Episcopi, & Confessoris Ordinis Nostri,** duplex, commemorat. S. Agnetis secundo. fol. 9

FEBRUARIUS.

- 2 **Purificationis B. Virginis Mariæ** duplex secunda Classis cum Octava. fol. 10
3 **De Octava, cum commemoratione S. Blasii Episcopi & Martiris.** fol. 10
4 **Andree Corini Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri,** duplex secunda Classis cum Octava. fol. 10
5 **Agathæ Virginis & Martiris, duplex, commemorat.** Octavarum Purificationis, & S. Andree. fol. 11
6 **De Octava Purificationis, commem. Octavæ S. Andree, & S. Dorotheæ Virginis & Martiris.** fol. 12
7 **Romualdi Abbatis, dupl. commem. Octavarum.** fol. 12
8 **Joannis de Matha Confessoris, duplex, commemoratio Octavarum.** fol. 12
9 **Octava Purificationis S. Mariæ Virginis, duplex, commemoratio Octavæ S. Andree, & S. Apolloniæ Virginis & Martiris.** fol. 12
10 **Scholasticæ Virginis, duplex, commemoratio Octavæ S. Andree.** fol. 12
11 **Octava S. Andree Corini, duplex.** fol. 12
12 **Dionysii Papæ & Confess. Ord. Nostri, dupl.** fol. 12
13 **Euphrosynæ Virg. Ord. Nostri, duplex.** fol. 13
14 **Telephori Papæ & Martyr. Ordinis Nostri, duplex, commemoratio S. Valentini Martyris.** fol. 14
15 **Petri Thomæ Episcopi & Mart. Ord. Nostri, duplex, commemoratio SS. Faustini & Jovite Martyr.** fol. 15
16 **Commemoratio Sanctorum, quorum Reliquiæ in Ecclesiis Ordinis Nostri asservantur, duplex.** fol. 16
17 **Vincentii Martyris, semiduplex.** fol. 17
18 **Raymundi de Penafort Confessoris, semiduplex, commemoratio S. Simeonis Episcopi & Mart.** fol. 17
25 **Avertani Confessoris Ordinis Nostri, duplex.** fol. 17

MARTIUS.

- 6 **Cyrilli Confessoris Ordinis Nostri, duplex.** fol. 18
13 **Euphrasie Virginis Ordinis Nostri, duplex.** fol. 19
18 **Gabrielis Archangeli, duplex.** fol. 20
19 **JOSEPH CONFESSORIS ET CONGREGATIONIS NOSTRÆ PATRONI,** dupl. i. Classis. fol. 21
29 **Bertholdi Confess. Ordinis Nostri, duplex,** fol. 21

APRILIS.

- Prima Feria sexta post Octavam Paschæ, non impedita Festo novem Lectionum.** Coronæ Domini, duplex majus. fol. 22
Dominica tertia post Pascha. Festum Patrocinii S. Joseph Protectoris nostræ Religionis, duplex ii. Classis, commemoratio Dominicæ. fol. 23
3 **Alberti Patriarchæ Jerosolymitani, duplex.** fol. 25

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

MAYUS.

- 5 **Angeli Martyris Ordinis Nostri, duplex secunda Classis cum Octava.** fol. 26
6 **Joannis ante Portam Latinam, duplex majus, cum commemoratio Octavæ.** fol. 27
7 **Stanislai Episc. & Mart. dupl. commem. Oct.** fol. 27
8 **Apparitionis S. Michaelis Archangeli, duplex commemoratio Octavæ.** fol. 27
9 **Gregorii Nazianzeni Episcopi, & Confessoris, duplex, commemoratio Octavæ.** fol. 27
10 **Antonini Episcopi, & Confess. semid. commem. Octavæ, & SS. Gordiani, & Epimachi martyr.** fol. 27
11 **Pii V. Papæ & Confess. semiduplex, commemoratio Octavæ.** fol. 27
12 **Octava S. Angeli Martyris, duplex.** fol. 27
13 **Nerei, & sociorum martyrum, semiduplex.** fol. 27
16 **Simonis Stock Confessoris Ordinis Nostri, duplex ii. Classis cum Octava.** fol. 27
17 **Joannis Nepomuceni Martyris, duplex, commemoratio Octavæ.** fol. 28
18 **Venantii Martyris, semid. commem. Oct.** fol. 29
19 **Petri Coelestini Pontificis & Confessoris, commemoratio Octavæ, & S. Pudentianæ virginis.** fol. 29
20 **Bernardini Confessoris, semiduplex, commemoratio Octavæ.** fol. 29
21 **Translationis Corporis S. P. N. Joannis à Cruce, duplex majus, cum commemoratione Octavæ.** fol. 29
22 **Ubaldi Episcopi, semidupl. commem. Oct.** fol. 30
23 **Octava S. Simonis Confessoris, duplex.** fol. 30
25 **Mariæ Magdalenz de Pazzis virg. Ord. Nostri, duplex secunda Classis cum Octava, commemorat. S. Urbani Papæ & Martyris, in Missis privatis.** fol. 30
26 **Philippi Neri Confessoris, duplex, commemoratio Octavæ, & S. Eleuterii Papæ, & Martyris.** fol. 31
27 **Gregorii VII. Papæ & Confessoris, duplex, commemoratio Octavæ, & S. Joannis Papæ & Martyris.** fol. 31

JUNIUS.

- 1 **Octava S. Mariæ Magdalenz de Pazzis, dupl.** fol. 31
14 **Elisæi Prophetæ P. N. duplex secunda Classis cum Octava.** fol. 31
15 **Basilii Episcopi Confessoris & Doct. duplex, commemoratio Octavæ, & SS. Viti, & soc. martyrum.** fol. 32
19 **Julianæ de Falconeriis Virg. semid. pl. commemorat. Octavæ, & SS. Gervasii, & Protasii Martyrum.** fol. 32
21 **Octava S. Elisæi, duplex.** fol. 32

JULIUS.

- 2 **Visitationis S. M. Virginis, duplex secunda Classis cum Octava, commemoratio SS. Procelli, & soc. Martyrum, in Missis privatis.** fol. 32
3. 4. 5. 6. **De Octava Apostolorum, cum commemoratione Visitationis.** fol. 33
8 **Elisabeth Viduæ, semiduplex, commemoratio Oct. Visitationis.** fol. 34
9 **Octava Visitationis, duplex.** fol. 34
13 **Translationis Corporis S. Mariæ Nostre Tereziæ, duplex majus.** fol. 34

- 16 **COMMEMORATIO SOLEMNIS S. MARIE VIRG. DE MONTE CARMELO**, duplex prima Classis cum Octava. fol. 35
- 17 Alexii Confessoris, **semidupl. commemoratio** Oct. fol. 36
- 19 Vincentii à Paulo Confessoris, **duplex, commemoratio** Octava. fol. 36
- 20 **Elie Prophetæ P. N.** dupl. i. Classis cum Oct. fol. 36
- 21 De Octava B. M. Virg. **semidupl. cum commemoratione** S. Elie, & S. Praxedis virginis. fol. 37
- 22 Maria Magdalene, **duplex, commemoratio** duarum Octavarum. fol. 37
- 23 **Octava Commem. B. M. Virg.** duplex, **commemoratio** S. Elie, & S. Liborii Episcopi & martyris. fol. 37
- 24 Apollinaris Episcopi & martyris, **duplex, commemoratio** S. Elie, Vigil. S. Jacobi, & S. Christinae virginis & martyris. fol. 37
- 25 **Jacobi Apostoli**, duplex secunda Classis, **commemoratio** S. Christophori mart. in Missa privata tantum. fol. 37
- 26 **Anna Maris S. M. Virg.** duplex secunda Classis, **sine ulla commemoratione**. fol. 38
- 27 **Octava S. Elie**, duplex, **commemoratio** S. Pantaleonis martyris. fol. 38
- 30 Anacleti Papæ, & Martyris **semiduplex, cum commemoratione** SS. Abdon, & Sennen martyrum. fol. 38

AUGUSTUS.

- 7 **Alberti Confess. Ord. Nost.** dupl. cum Oct. **commem.** S. Donati Episcopi, & mart. in Missis privatis. fol. 38
- 8 Cyriaci, & soc. mart. **semid. commemoratio** Octava. fol. 39
- 9 Caietani Confessoris, **duplex, commemoratio** Octava, Vigil. & S. Romani martyris. fol. 39
- 10 **Laurentii Martyris**, duplex secunda Classis cum Octava, **sine ulla commemoratione**. fol. 39
- 11 De Octava S. Laurentii, **cum commemoratione** S. Alberti, & SS. Tiburtii, & soc. martyrum. fol. 39
- 12 Clarae virg. **duplex, commemoratio** duar. Octavar. fol. 39
- 13 De Octava S. Laurentii, **cum commemoratio** S. Alberti, & SS. Hippolyti, & Cassiani martyrum. fol. 39
- 14 **Octava S. Alberti**, duplex, **commemoratio** S. Laurentii, Vigil. Assumptionis, & S. Eusebii Confess. fol. 39
- 27 **Transfigurationis Cordis S. Matris Nostræ Terentiæ virginis**, duplex secunda Classis, **sine Octava**. fol. 39
- 31 **Dedicationis Ecclesiarum Ordinis Nostri**, duplex prima Classis cum Octava. fol. 40

SEPTEMBER.

- 1 Raymundi Nonnati Confessoris, **duplex, commemoratio** Octava, Ægidii Abbat. & SS. duodecim Mart. fol. 40
- 2 Brocardi Confessoris Ord. Nostri, **duplex, commemoratio** Octava. fol. 40
- 3 Stephani Confessoris, **semiduplex, commemoratio** Octava. fol. 41
- 5 Laurentii Justiniani Episc. & Conf. **semidupl.** fol. 41
- 7 **Octava Dedicationis Ecclesiæ Ord. Nost.** dupl. fol. 41
- 25 Gerardi Episcopi & mart. Ord. Nostri, **duplex**. fol. 41
- 29 **Dedicationis S. Michaelis Archangeli**, duplex secunda Classis cum Octava. fol. 42
- 30 Hieronymi Confessoris & Doctoris, **duplex, commemoratio** Octava. fol. 42

OCTOBER.

- 1 De Octava S. Michaelis, **cum commemoratione** S. Remigii Episcopi, & Confessoris. fol. 42
- 2 Angelorum Custodum, **dupl. commemoratio** Oct. fol. 42
- 4 Francisci Confessoris, **duplex, commemoratio** Oct. fol. 42
- 5 De Octava S. Michaelis, **cum commemoratione** SS. Placidi, & soc. martyrum. fol. 42
- 6 **Octava Dedicationis S. Michaelis**, duplex. fol. 42
- 7 Ramonis Confessoris, **duplex**. fol. 42

TERESIE VIRGINIS ET MATRIS NOSTRÆ.

- duplex prima Classis cum Octava. fol. 43
- 17 Hedyvigis Viduæ, **semiduplex, commemoratio** Octava. fol. 44
- 18 **Luca Evangelista**, duplex secunda Classis. fol. 44
- 19 Petri de Alcantara Confessoris, **duplex, commemoratio** Octava. fol. 44
- 21 Hilarionis Abbatis Ord. Nostri, **duplex, commemoratio** Octava, & SS. Ursula, & sociar. virg. & martyrum. fol. 44
- 22 **Octava S. Teresiæ Virginis**, duplex. fol. 45
- 24 **Saphaelis Archangeli**, duplex. fol. 45
- 26 Translationis S. Andreae Corsini Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri, **duplex, commemoratio** S. Evaristi Papæ & Martyris. fol. 45
- 30 Serapionis Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri, **duplex**. fol. 45

NOVEMBER.

- Dominica secunda Novembris, Festum Patrocinii Beatae Mariæ Virginis**, duplex, **cum commemoratione** Dominica. fol. 45
- 14 **Omnium SS. Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo**, duplex secunda Classis. fol. 46
- 15 Gertrudis Virginis, **duplex**. fol. 47
- 21 **Præsentationis S. Mariæ Virginis**, duplex secunda Classis cum Octava. fol. 47
- 22 Cæcilie virg. & martyr. **dupl. commemoratio** Oct. fol. 47
- 23 Clementis Papæ & mart. **semid. commemoratio** Octava & S. Felicitatis martyris. fol. 47
- 24 **JOANNIS A CRUCE CONFESSORIS ET PATRIS NOSTRI**, duplex prima Classis cum Octava **sine ulla commemoratione**. fol. 48
- 25 Catharinæ virginis & martyr. **duplex, commemoratio** Octavar. S. Joannis & Præsentationis B. M. V. fol. 49
- 26 De Octava S. Joannis à Cruce, **semiduplex, cum commemoratione** Octava Præsentationis, & S. Petri Alexandrini Episcopi & Martyris. fol. 49
- 27 De Octava S. Joannis, **semiduplex, cum commemoratione** Octava Præsentationis B. M. V. fol. 49
- 28 **Octava Præsentationis B. M. V.** duplex, **cum commemoratione** S. Joannis à Cruce. fol. 49
- 29 Vigilia S. Andreae Apostoli, **cum commemoratione** Octava S. Joannis, & S. Saturnini Martyris, si venerit in Adventu, tertia Oratio de Feria, quarta de S. Saturnino, quinta de Beata Virgine Maria. fol. 49
- 30 **Andreae Apostoli**, duplex secunda Classis **sine commemoratione** Octava S. Joannis. fol. 49

DECEMBER.

- 1 **Octava S. P. N. Joannis à Cruce**, duplex, **cum commemoratione** Feriæ si venerit in Adventu. fol. 49
- 4 Barbaræ Virginis & martyris, **duplex, commemoratio** Feriæ. fol. 49
- 5 Petri Chrysologi Episcopi, **duplex, commemoratio** Feriæ, & S. Sabbæ Abbatis. fol. 49
- 14 Spiridionis Episcopi & Confessoris Ordinis Nostri, **duplex, cum commemoratione** Octava Conceptionis Beatae Mariæ Virginis, & Feriæ. fol. 50
- 16 Translationis S. Mariæ Magdalene de Pazzis virg. Ord. Nostri, **duplex, cum commemoratio** Feriæ. fol. 50
- 17 B. Franci Confessoris Ordinis Nostri, **duplex, commemoratio** Feriæ. fol. 51
- 18 **Expectatio Partus Beatae Virginis**, duplex majus, **commemoratio** Feriæ. fol. 51
- 19 Eusebii Episcopi Vercellensis, & Martyris, **semiduplex, cum commemoratione** Feriæ, & Beatae Mariæ Virginis. fol. 51

5
MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM
ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

FESTA JANUARI.

Dominica post Octavam Epiphania.
IN FESTO SS. NOMINIS IESU.

Introitus.

Phil. 2.



NOMINE IESU omne genu
flectatur cœlestium, terrê-
strium, & infernorum, &
omnis lingua confiteatur,
quia Dñus Iesus Chri-
stus in gl'ia est Dei Patris.

Psalm. 8. Dñe Dominus noster, quam
admirabile est nomen tuum in univ'rsa
terra! *Gl'ia Patri.*

Oratio.

Deus, qui Unigenitum Filium tuum
constituisti hum'ni generis Salvato-
rem, & Iesum vocari iussisti: concede
propitius; ut cuius sanctum Nomen ve-
neramur in terris, ejus quoque aspectu
perfruamur in cœlis. Per eundem Dñ-
m nostrum.

Ecce fit commemoratio Dominicae.

Oratio.

Omnipotens sempit'rne Deus, qui
cœlestia simul, & terr'na moderaris:
supplicationes p'puli tui clem'nter exau-
di; & pacem tuam nostris concede tem-
poribus. Per Dñm.

Lectio Actuum Apostolorum. *Act. 4.*

IN diebus illis: Petrus Sp'itu sancto re-
pletus, dixit: Principes p'puli, & se-
niores, audite: Si nos hodie dijudicamur
in benefacto h'ominis infirmi, in quo iste
salvus factus est, notum sit omnibus vobis,
& omni plebi Israel: quia in n'omine Dñ-
mini nostri Iesu Christi Nazareni, quem
vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à
m'rtuis, in hoc iste affat coram vobis sa-
nus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vo-
bis ædificantibus, qui factus est in caput
ánguli: & non est in alio aliquo salus. Nec
enim aliud nomen est sub cœlo datum ho-
m'ibus, in quo opóreat nos salvos fieri.

Graduale. Psalmus 105. Salvos nos fac

Dñe Deus noster: & c'ngrega nos de
nationibus: ut confiteámur n'omini sancto
tuo, & gloriémur in laude tua. *Tu Dñ-
mine Pater noster, & Redemptor noster:*
à sæculo nomen tuum. *Allelúja, allelúja.*

Psalm. 144. Exaltábo te Deus meus Rex:
& benedicam n'omini tuo Iesu in sæcu-
lum, & in sæculum sæculi. *Allelúja.*

Et dicitur Sequentia Lauda Sion, &c.
Post Septuagesimam, omittis Allelúja,
& Versu sequenti, dicitur Tractus. Psalmus

79. Dñe Deus virtutum conver-
te nos: & ost'nde faciém tuam, & salvi
érimus: sonet vox tua in áuribus meis.

Cant. 2. Vox enim tua dulcis, & fá-
cies tua dec'ora nimis.

Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum
Iesu: idéò adolescentulæ dilexerunt te.

Sequentia semper dicitur.

Lauda Sion Salvatoris
Iesu nomen, & amoris
Toto cordis júbilo.

Nomen sanctum nos amare
Decet semper, & laudare
Absque mentis núbilo.

Iesu nomen potestatis,
Atque æternæ majestátis,
Summi Patris bráchium.

Cœlos fecit, terre molem
Iesu nomen, atque solem:
Et cœl'ste gáudium.

Angelorum ingens coetus,
Protoplastesque perfectus
Fuit Iesu n'omine.

Ut aquarum magni fontes
Sunt immíssi super montes
Iusto rerum órdine.

In Egypto fecit signa
Iesu nomen: & maligna
P'rdidit prodigia.

Scisso p'elago, transvéxit
Israëlem, & demérsit
Hostium insígnia.

Hujus n'ominis virtute

Deus commendat: Unam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me: Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

Graduale. Psalm. 44. Spécie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Tractus ibid. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit rex speciem tuam. *Ps.* Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filia regum in honore tuo. *Ps.* Adducuntur regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi. *Ps.* Afferentur in lætitia, & exultatione: adducuntur in templum regis.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 25.*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum coelorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virginibus illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondērunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè verò veniunt & reliquæ virginibus, dicentes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. Psalmus 44. Filia regum in honore tuo, astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se méritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dñm.

Communio. Matth. 25. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam Christo Dómino.

Postcommunio.

Satiasti Dómine, familiam tuam munieribus sacris: ejus quæsumus semper interventione nos réfove, cujus solémnia celebramus. Per Dóminum nostrum.

Die xxiii. Martii.

IN FESTO S. GABRIELIS

Archangeli. Introitus. Dan. 9.



AB exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem Gabriel veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es. **Psalm. 68.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

Ps. Glória Patri, &c.

Oratio.

Deus, qui inter ceteros Angelos, ad annuntiandum Incarnationis tuæ mysterium, Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius, ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in coelis. Qui vivis, &c.

Si celebretur in Quadragesima, commemoratio Feriæ, & Evangelium in fine.

Lectio Danielis Prophætæ. Daniel. 9.

IN diebus illis: Dixit Daniel Propheta: Cum orarem, & confiterer peccata mea: & peccata populi mei Israel, & propter precem meam in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei: adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixit-

Postcommunio.

P Ræsta quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis munèribus grátias exhibentes, intercedente beáto Albérto Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum.

F E S T A M A J I.

Die v. Maji.

I N F E S T O S. A N G E L I

Martyris.

Introitus. Psalm. 63.



Rotexisti me Deus, à conventu malignantium, allelúja: à multitudìne operantium iniquitatem, allelúja, allelúja. Psalm. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Gloria Patri.

Oratio.

P Lebs tua te, Dómine, beáti Angeli sacerdotis & mátyris tui glorificatióne sanctificet: & eódem intercedente te mereatur habére rectórem. Per Dóminum.

L ectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum. 2. Tim. 2. a

C Harissime, Nemo militans Deo implicat se negotiis facularibus: ut ei placeat, cui se probavit. Nam & qui certat in agóne, non coronatur nisi legitímè certáverit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dóminus in omnibus intelléctum. Memor esto Dómini Jesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi malà operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideò ómnia sustineo propter electos: ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum glória coelesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quælia mihi facta sunt Antiochiæ, Icónii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus.

Et omnes, qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

A llelúja, allelúja. Psalm. 88. Confitebuntur coeli mirabilia tua Dómine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Allelúja. Psalm. 26. Posuisti Dómine super caput ejus coronam de lapide pretioso. Allel.



Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joann. 15.

I N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

Offertorium. Psalm. 88. Confitebuntur coeli mirabilia tua Dómine, etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, allelúja, allel.

Secreta.

H Ostias tibi Dómine, beáti Angeli mátyris tui dicatas meritis, benignus assume: & ad perpétuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dóminum.

Communio. Psalm. 36. Lætabitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

Postcommunio.

R Effectu participatione muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: ut, cujus exequimur cultum, intercedente beáto Angelo mátyre tuo, sentiámus effectum. Per Dóminum.

Infra Octavam S. Angeli, & in die Octav. dicitur Missa sicut in die festi, sed infra Octav.

proximæ ejus afferentur tibi in lætitia. Allelûja. *Spécie tua, & pulchritudine tua, inténde, prospère procède, & regna. Allel.*

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. *Matth. 25.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lâmpades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lâpádibus, non sumpserunt óleum secum: prudentes verò acceperunt óleum in vasis suis cum lâpádibus. Moram autem faciente sponso, dormitavérunt omnes & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, & ornavérunt lâmpades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de óleo vestro, quia lâmpades nostræ extingúuntur. Respondérunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potiùs ad vendentes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè verò veniunt & reliquæ vírgines, dicentes: Dómine, Domine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem, neque horam. *Credo.*

Offertorium. Psalmus 44. Filia regum in honore tuo, ástitit regína à dextris tuis in vestitu deaurato, circúmdata varietate. All élûja.

Secreta.

Deus, qui beátam Mariam Magdalénam Vírginem Spíritus sancti donis mirabiliter imbuísti: da, ut ipsa pro nobis intercedente, idem nobis hujus sacrificii revélet arcanum, & omnem réferet veritatem. Per Dóminum.

Pro S. Urbano Papa & martyre. Secreta.

Hæc hóstia, Dómine quæsumus, Hemúndet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum subditórum tibi corpóra, mentesque sanctíficet. Per Dóminum.

Communio. Matth. 25. Quinque prudentes vírgines acceperunt óleum in vasis suis cum lâpadibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam Christo Dómino. Allelûja.

Postcommunio.

Sumpsimus Dómine, sacri dona mystérii, te humiliter deprecantes: ut sicut in beata María Magdaléna vírgine magnalia tua prædicámus; sic tuæ misericordiæ largitatem, piis ejus précibus consequámur. Per Dóminum.

Pro S. Urbano Papa & martyre. Postcommunio.

Refecti participatióne muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: ut cujus exequimur cultum, intercedente beato Urbáno mártire tuo, atque Pontífice sentiámus effectum. Per Dóminum.

Infra Oct. S. Mariæ Magdalénæ de Pazzis dicitur prædicta Missa, in qua secunda Oratio de S. Mariæ, Concède, tertia, Eclesiæ, vel pro Papa, cum Credo. Si autem facienda sit commém. de Sanctis, tunc secunda Oratio erit de Sanctis, tertia de B. Virgine Maria.

Die xxvi. Maji.

In festo S. Philippi Neri Confessoris. Missa ut in Missali Romano, cum commémoratione Octavæ, & S. Eleutheri Pontíficis & martyris, & dicitur Credo.

Die xxvii. Maji.

In festo S. Gregorii VII. Pontif. & Confess. Missa ut in Missali Romano die xxv. hujus, cum commém. Octavæ, & sancti Joannis Papæ & martyris cum Credo.

FESTA JUNII.

Die i. Junii.

Octava S. Mariæ Magdalénæ de Pazzis Virginis. Missa ut in die, sine ulla commémoratione, & dicitur Credo.

Die xiv. Junii.

IN FESTO SANCTI ELISEI

Prophetæ. Introitus. 4. Reg. 2.



Equiévít spíritus Eliæ super Eli-seum, & venientes filii Prophe-tarum in occúrsum ejus, adora-vérunt eum promi in terram.

Pal.

Psalmus 76. Voce mea ad Dóminum clamávi: voce mea ad Dóminum, & inténdit mihi. *Glória Patri.* **Oratio.**

OMnípotens sempitérne Deus, qui in electis Prophétis tuis mirabilis prædicáris: præsta quæsumus, ut sicut Eliæ spiritum in Prophéta tuo Eliséo complevésti; ita in nobis Spíritus sancti grátiam ad virtutum ópera exercénda multiplicáre dignéris. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem.

Lectio libri Sapiéntiæ. Eccli. 48.

BEáti sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decoráti sunt: nam nos vita vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum, Eliás quidem in túrbine tectus est, & in Eliséo completus est spíritus ejus: in diébus suis non pertímut principem, & poténtia nemo vicit illum, nec superávit illum verbum aliquod, & mórtuum prophetávit corpus ejus. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operátus est.

Graduale. Psalmus 126. Sicut sagittæ in manu poténtis; ita filii exculsórum.

Beátus vir, qui implévit desiderium suum ex ipsis: non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta. **A**llelúja,allelúja.

4. Regum 8. Sanátæ sunt aquæ usque in diem hanc, juxta verbum Eliséi. Allelúja.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. **Luc. 4. d**

IN illo témpore: Dixit Jhesus Pharisæis: Utique dicétis mihi hanc similitúdinem: Medice cura te ipsum: quanta audivimus facta in Caphárnaum, fac & hic in pátria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Prophéta accéptus est in pátria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diébus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, & mēsisbus sex: cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illárum missus est Eliás, nisi in Sarépta Sidóniæ, ad mulierem víduam. Et multi leprósi erant in Israel sub Eliséo Prophéta: & nemo eórum mundátus est nisi Naáman Syrus. **Credo.**

Offertorium. 4. Regum 2. Obsecro ut fiat

in me duplex spíritus tuus. Respondit Elias: Si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petísti.

Secreta.

Hostias tibi Dómine laudis offerimus suppliciter deprecántes: ut eásdem pro nobis prophético interveniénte suffrágio & placátus accípias, & ad salutem nostram proveníre concédas. Per Dóminum.

Communio. 4. Reg. 13. Tétigit cadáver ossa Eliséi, & revíxit homo, & stetit super pedes suos, allelúja. **Postcommunio.**

Puríficet nos semper tui percéptio sacraménti: & intercessióne beáti Eliséi Prophétæ tui mereámur gáudiis cœléstibus abundáre. Per Dóminum.

Infra Octavam post Orationem diei, dicitur secunda Oratio de B. Maria, tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa, & dicitur Credo. Si autem faciendá sit commemoratio de Sanctis, tunc secunda erit de Sanctis, tertia de Beata Virgine Maria.

Die xv. Junii.

In festo S. Basilii Episcopi, & Confess. Missa ut in Missali Romano, cum commemoratione Oct. S. Eliséi, & sanctorum Viri, Modesti, atque Crescentiæ martyr.

Die xix. Junii.

In festo S. Julianæ de Falconeris Virginis, Missa ut in Missali Romano, cum commemoratione Octavæ S. Eliséi, & sanctorum Gervasii, & Protasii Martyr.

Die xxi. Junii.

Octava S. Eliséi, Missa ut in festo.

F E S T A J U L I I .

Die ii. Julii.

I N F E S T O V I S I T A T I O N I S

B. Mariæ Virg. Introitus. Sedulius.



Alve sancta parens, eníxa puerpera Regem: qui celum terrámque regit in sæcula sæculórum. **Psál. 44.** Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Glória Patri, &c. **Oratio.**

Amulis tuis, quæsumus Dómine, cœléstis grátia munus impertire: ut qui-

IN COMMEMORATIONE SOLEMNI

B E A T I S S I M Æ

V I R G I N I S M A R I Æ
D E M O N T E C A R M E L O .

Introitus.



Audeamus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore Beatae Mariæ Virginis: de cujus solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Fílium Dei.

Psalms 44. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.
Gloria Pauli, &c.

Oratio.

Deus, qui beatissimæ semper Virginis, & genitrícis tuæ Mariæ singulári título Carméli órdinem decorásti: concède propítius; ut cujus hódie commemoratió nem solénni celebrámus officio, ejus muníti præsidis, ad gaudia sempiterna pervenire mereámur. Qui vivis, &c.

Lectio libri Sapientiæ. Eccli. 24. c.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odóris: & flores mei fructus honóris, & honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ sp̄ei. In me gratia omnis viæ, & veritátis, in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generatió nibus meis implémini: Sp̄itus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generatió nes sæculórum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Graduale. Benedícta, & venerábilis es virgo María, quæ sine tactu pudóris inventa es mater Salvatóris.

V. Virgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo. **A**llelúja, allelúja. **V.** Felix es sacra virgo María, & omni laude digníssima: quia ex te ortus est sol justitiæ. **Allel.**

Sequéntia sancti Evangélii secundum Joánnem. Joann. 10. c.

In illo témpore: Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, & foror matris ejus María Cléophe, & Maria Magdalene. Cúm vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ: Múlier, ecce filius tuus. Deínde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua. **Credo.**

Offertorium. Psal. 44. Adducéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia, & exultatió ne, allelúja.

Secreta.

Sanctífica Dómine quæsumus oblata sacrificia: & beata Dei genitrícis Mariæ gloriósa intercessiό ne nobis salutária fore concède. Per eúndem Dóminum.

Præfatio de Beata Maria. Et te in Commemoratione solénni.

Communio. Beata víscera Mariæ víginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium, allelúja. **Postcommunio.**

Adjuvet nos quæsumus Dómine, gloriæ tuæ Genitrícis sempérque víginis Mariæ intercessiό veneranda: ut quos perpétuis cumulávit beneficiis, à cunctis periculis absolútos tua faciat pietate concórdes. Qui vivis, &c.

Infra Octav. Commemorationis solénnis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

INFESTO

S. TERESIAE VIRGINIS
ET MATRIS NOSTRAE.

Introitus.

3. Reg. c. 4.



Edit ei Dóminus sapien-
tiam, & prudentiam mul-
tam nimis, & latitudinem
cordis, quasi arénam, quæ
est in littore maris.

Psal. 97. Cantáte Dómi-
no canticum novum, quia mirabilia fecit.

✠ Glória Patri.

Parentthesis, quæ est in hac Oratione, non
dicitur, nisi à Carmelitis Excalceatis.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutáris noster: ut sic
ut beátæ Teresiæ Virgínis tuæ (& Ma-
tris nostræ) festivitáte gaudémus; ita coelé-
stis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, & piæ
devotiónis erudiámur affectu. Per Dñm.

Lectio libri Sapientiae.

Sap. 7.

Optavi, & datus est mihi sensus, &
invocavi, & venit in me spíritus sa-
piéntiæ, & præpósui illam regnis, & sédi-
bus, & divítias nihil esse duxi in compara-
tione illius: nec comparavi illi lapidem pre-
tiosum: quóniam omne aurum in compara-
tione illius aréna est exígua, & tamquam
lutum aestimábitur argéntum in conspectu
illius. Super salutem, & spéciem dilexi il-
lam, & propósui pro luce habére illam: quón-
iam inextinguibile est lumen illius. Vené-
runt autem mihi ómnia bona páriter cum
illa, & innumerábilis honestas per manus
illius, & lætata sum in ómnibus, quóniam
antecedebat me ista sapiéntia, & ignorá-
bam, quóniam horum ómnium mater est:
Quam sine fictióne didici, & sine invidia
commúnico, & honestatē illius non abscon-
do. Infinitus enim thesáurus est homínibus:
quo qui usi sunt, participes facti sunt amici-
tiæ Dei propter disciplínæ dona cōmendati.

Graduale. Eccli. 51. Danti mihi sapien-
tiam dabo glóriam: zeláta sum bonum,
& non confundar. ✠ Colluctáta est áni-
ma mea in illa, & in faciéndō eam con-
firmáta sum. **Allelúja, allelúja.**

Psalmus 118. Declaratio sermonum
tuorum, Dómine, illuminat: & intelle-
ctum dat párvulis. **Allelúja.**

In Missis Votivis, & Mensalibus.

Post Sptuagesimam omíssis **Allelúja,**
& Versu sequenti dicitur **Tractus. Isai. 54.**
Ut mulierem derelictam, & moréntem
spíritu vocávit me Dóminus.

✠ Dixit: Abscondi faciem meam parúm-
per à te, & in misericórdia sempiterna mi-
sértus sum tui. ✠ Paupércula, tempestá-
te convúlta, absque ulla consolatióne: in
justitia fundáberis, & non timebis.

Tempore Paschali omittitur Graduale,
& ejus loco dicitur **Allelúja, allelúja.**

✠ **Apoc. 19.** Gaudeámus, & demus gló-
riam ei: quia venérunt núptiæ Agni, &
Uxor ejus præparávit se. **Allelúja.**

✠ **Isai. 35.** Exultavit lætabúnda, & lau-
dans: glória Líbani data est ei, decor
Carméli, & Saron. **Allelúja.**

✠ **Sequéntia sancti Evangélíi secún-
dum Matthæum. Matth. 11. d**

In illo témpore: Respóndens Iesus, di-
xit: Confiteor tibi Pater, Dómine
coeli, & terræ, quia abscondísti hæc
à Sapiéntibus, & prudentibus, & revelá-
stí ea párvulis. Ita Pater: quóniam sic
fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádi-
ta sunt à Patre meo. Et nemo novit Fí-
lium, nisi Pater; neque Patrem quis no-
vit, nisi Fílius, & cui volúerit Fílius re-
velare. Veníte ad me omnes, qui labo-
rátis,

à præséntibus aduersitatibus liberetur, Per Dóminum nostrum Iesum Christum
& optatis gaudeat prosperitatibus æternis. Per Dóminum.

Secreta.

COEléstem medicinam, quæsumus Dómine, præbeant fámulæ tuæ hæc mysteria: & vitia cordis ejus expurgent.

Postcommunio.
AUxiliare, Dómine quæsumus, fámulæ tuæ: ut corpore piis actiónibus inténta, donis grátia tuæ perfruatur. Per Dóminum nostrum.

L A U S D E O.

J.  M.

*Ex actis Definitorii nostri Generalis Extraordinarii celebrati Romæ die 31.
Julii 1760. apud S. Pancratium.*

Cum Venetiis reimprimi debeant Breviaria Ordinis nostri tum pro Choro, tum etiam in quatuor anni tempora diuísá, nec non Missalia, Diurna, & alia ad Chorum, & Cœremonias nostras spectantia; tenore præséntium facultatem impertimur **TYPOGRAPHIÆ BALLEONIANÆ** ut præfatas impressiones facere possit cum assistentia R. P. Fr. Pauli à S. Joanne Chrysostomo Provinciæ nostræ Venetæ Sacerdotis Professi.

Fr. Philippus à S. Francisco Vicarius Generalis.

F. Seraphinus à S. Carolo Def. Gener. & Secr.

NOS FR. SERAPHINUS MARIA MACCARINELLI

Sacræ Theologiæ Magister, Ordinis Prædicatorum ac in inclyta Civitate Venetiarum, in totoque ejus Serenissimo Dominio contra Hæreticam pravitatem Inquisitor Generalis à Sancta Sede Apostolica specialiter delegatus,

Concedimus licentiam Typographiæ Balleonianæ publicandi Missas proprias Sanctorum Ordinis Carmelitarum, pro ejusdem Ordinis Fratribus Discalceatis, à Sacra Rituum Congregatione approbatas & nuper etiam Venetiis editas: collationatæ enim cum aliis jam impressis & approbatis, inventæ sunt cum eis concordare, &c. In quorum fidem &c.

Datum Venetiis in Aedibus S. Inquisitionis die 26. Martii 1761.

Fr. Seraphinus Maria Maccarinelli Inquisitor Generalis qui suprâ.